UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCLXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63213

Visual Library

in rubr.ff.de vulgari.nu.157.Bern. de Luco in d.regula dccxxvij. Montaluus in glo.l.ix.tit.iiij.par.vj.& Guliel. Benedict. in repe. c. Rainutius. in verbo,deliquit.nu.28.de teſtam.Pro qua opinione videtur tex. de iure regio in l.ix.& xi.tit.iiij.par.vj.& in l.xvi. ti.j.parte vj. in fi.ibi,(deuen la auer libre y quita ſin embargo y ſin agrauamiento y ſin ninguna condicion.)Licet aliqui Doct.quos refert Roderi. Xuarez in d.fol.6. teneant contrariam opi.gl. & Bar. & licet opi.contrariam dicat eſſe veriorem Deci.in d.l.ſi pater.nu. 14. in pe.col.in medio.ver.in fi.gl.ſed ibi etiam dicit opi. ſupra dictam Bar.& gl. eſſe commu. quam opi. Decij ſequitur Ioan.Gozadius in Rubr.nu.9.C.de impube.& alijs ſubſtitutionibus.

REGVLA CCCLXIX.

FILIVSFAMILIAS non tenetur de mutuo. Hanc regulam probat tex.in l.j. & ibi Doctor.ff.ad Macedonia. De iure regio eſt tex.in l.iiij.tit.j.par.v. Circa quam regulã vide Doctor.in l.iiij.§.j.ff.quod cum eo.Iaſ.in l.qui cum ſe.ff.de re iud.Bal.in l.Macedoniani,C.ad Macedo.in l. ſi filiusfamilias.ff.ſi certum peta.Gome.in prin.Inſti.de actio.nu.47. Alciatum in tract. præſumptionum, in j.regula præſump.xlij.

Hanc regulam limitat quinque modis tex. in l.ij.C.ad Macedonia. Eadem regulam limitat vndecim modis Petrus de Vnzola.in practica artis notariatus.in.§.de filiofamilias,& vnde dicatur.a nu. 25.vſque ad fi.& ibi a nu.1.vſque ad nu.25. tractat materiam huius regulæ,quas xj. limitationes ante eum poſuit gl. in.§.illud. in verbo,ſenatus. Inſti. quod cum eo.

1 Vltra quas limitationes limita.j.quandocunque filiusfamilias recipit pecuniam mutuo ab altero fratre qui etiam erat in poteſtate patris. Ita probat gl. in l.frater a fratre.in gl. magna: verſi.item quæro.ff.de condi.indeb. quæ vult,quod alter frater obligetur naturaliter,& ciuiliter,& cum effectu: & ſic glo. non vult quod habeat locum ſenatuſconſultum Macedonianum. Quam gl. ad hoc ponderat Sali. ibi Bal. in l.fi.col.iij.circa fi.C.quod cum eo. eandem gl. dicit eſſe uerã,& non habere contradicentem in hoc,vbi aſſignat rõnem huius ſimilitudinis, Iaſ. in l.frater a fratre,in j. lect.nu.36.

2 Limita ſecundo,non procedere in foro conſcientiæ: nam filiusfamilias qui vtitur exceptione Macedoniani,vbi vere fuit ſibi mutuatum,incurrit peccatum: Ita concludit Innocent.in c. quia plerique, nu.5.de immunita. eccleſi.quem ſequitur ibi Abb. nu.26. Alex. in additio. ad Bar.in l.j.in j. additio.ff.ad Macedo.Iaſ.in l. ſi filiusfamilias,nu.1.ff.ſi certum peta.

REGVLA CCCLXX.

FILIO ſtudenti mutuum factum,poteſt repeti a patre. Hanc regulam